



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 1. Quæ ratione spiritus Paupertas hasce vincat superbias

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

coram eis, hoc est, cum hominibus mundanis. Noli fidere virori & fructibus, quibus nunc es ornatus: si enim superbieris, superbia reddet te atidum fecit aristam: nam de huiusmodi dixit S. Job: *I Eleuati sunt modicum;* & non sufficiunt; & humiliabuntur *sicut omnia,* & auferentur; & *sicut summitates spicarum* conterentur, que sunt aristae aride, & inutiles, postquam ab eis excussum est frumentum. Nec sine magno mysterio, ait S. Gregorius, vsum fuisse iherum lob hac similitudine. Nam quemadmodum spica, grana continentur in ea & testa: sed ipse aristae ascendunt soluta ab inuicem, quamvis omnes in hoc conueniant, ut supra grana erigantur: ita in Religione humiles vniuersitatem, & sibi conformes, tegentes bona sua, ut illa conferuent: at superbi semper a se inuicem sunt diiuncti: & in una sola re conuenient, ut studeant alios preferri, illosque opprimere. Sed veniet tempus, quo grana detegantur & appareant; & sic ponantur in horreis cœlestibus: paleæ verdæ & aristæ a celitudine abieciæ, esca fiant ignis æterni: nisi rationem vitæ, & agendi nodum mutant.

1 Job. 24. 24

Lib. 17 mor  
5. 6.

*§. 1. Qua ratione spiritus pauperitas basce vincat superbias.*

**E**X HIS possunt Religiosi agnoscere, quām sit necessarium esse humilitatem: & quām meritò Christus Dominus noster tanquam fundamennum perfectionis Euangelicæ iecerit paupertatem spiritus exutam omnino vento vanitatis, utroque scilicet vento superbiae mundanae, & spirituall. Nisi enim eas verè mortificant, & a se abijciant, non obtinebunt Beatitudinem, nec perfectionem sui statū propriam; nec cœlorum regnum ipsis promissum. Quamvis autem utraque superbia sit valde pernicioſa; mundanam tamen (ut Sanctus Dorotheus aduertit) est quodam modo pernicioſior Religioso, quam sit spiritualis. Nihil enim noui, quod quis in aescat, multumque ininaniter tribuat in rebus proprijs statū & officij sui. Nam pictor inaniter gloriatur de sua pictura; fortis de sua fortitudine; sapiens de sua eruditione: & ideo Religiosus, qui spiritualia proficitur, eaque magni facit: non mitum, si quando de His se iactet, & gloriaret.

Et quamvis superbia in rebus spiritualibus sit periculosior: aliunde tamen valde degenerata statu Religioso, quod is gloriaret inaniter, & de rebus mundi lete iactet. Est enim indicium, quod adhuc illas amet, & magni fiducia: nam si contemneret, aut parui saceret: non quereret inanem gloriam ex his. Ac propterea dixit S. Ioannes Climacus: Huiusmodi superbos Religiosos duplē dicere vitam: alteram corpore in Religione, dum exercitū opera præstant, quæ reliqui faciunt; alteram spiritu in mundo, cogitantes ac desiderantes splendorem, & honorem sœcularem. At verus Religio-

Vbi supra.

Cap. 24

fus

lus haec omnia abiicit, suamque vitam extruit super fundamentum contemptus omnis vanitatis, & honoris mundani.

Reg. 8. ex  
Fusis cap. 2.

Serm. 2. de  
Cena Dom.

In medit.  
1. 44.

Hæc est perfecta rerum omnium renunciatio; inter quas numerus Basilius inanem gloriam & opinionem hominum. Et S. Ioannes Climacus amplius hoc declarans, ait: Religiosum tres renunciationes facere debere: unam rerum omnium externalium; alteram propriæ voluntatis; tiam inanis gloria & honoris; contra quam continuè pugnare debet, vult enim dolendum. quod qui in media mari tempestate non pergit: pereat ipso portu; & qui mundum fugit: submergatur postea ex superstbia in Religione. Idem confirmat S. Bernardus dicens: quod paupertatem primam tria constituant: depositio scilicet rerum, & contemptus; vilitas & abiectionis sui ipsius; & abdicationis propriæ voluntatis in omnibus. hæc sunt vero Religionis insignia, quæ hominem Deo, & Angelis reddunt conformatum, ea lexis partia: ciuem conscribunt, & heredem. Hæc S. Bernardus, qui iure optimo ponit primum quasi gradum paupertatis, non solum depositionem & abiectionem rerum, sed etiam contemptum: hoc enim est veræ humilitatis fundamentum mundane superbia omnino contraria: quia frides & stercus reputat, quod mundus amat & magni facit. Ex quo prouenit, ut dedignetur gloriari de rebus huiusmodi: ac propterea in iactat, nec inane fit ex ipsis, quæ habet, aut habuit in seculo; nec vult in modo estimari, aut ex eis laudari. Ex quo sit, ut quamvis in seculo multa habuerit diuitias, & splendorem, studeat tamen pro viribus, omnia illa occultare: ne paupertas, quam fecerat, ab alijs magni fiat. In quo imitarur in premain humilitatem Christi Domini nostri, qui (ut S. Bonaventura dicit) etiam si sponte elegerit pauperem matrem, pauperem patriam, & viles opium fabri lignarij, reliquasque paupertatis miseras: ita eas suscepit, vix minum iudicio, non videretur paupertas voluntaria, sed necessaria: quia est reliquorum pauperum huius mundi, qui non habentur in honore propter illam; sed potius parui sunt, & contemnuntur. Ac propterea ait Iacobus: Sanctus paupertatem Religiosorum nunquam peruenire ad humiliacionem uatoris nostri paupertatem. Cum enim omnes iudicent, & existimarent sponte suscepimus, habetur in honore apud homines. Qui autem cupiunt esse humiles, dissimulatione quadam sancta dant operam, ut alii intelligant: ipsos etiam in saeculo fuissent pauperes; aut certe tegunt quod diuitias sunt: ut sic minoris sint.

QVAM O B R E M aliqui Principes, cupientes esse cum magna perfidione Religiosi, profecti sunt ad habitum Religiosum induendum in locis, vbi non essent noti: ut hac ratione amplitudinem suam occulentes, & maiori cum humilatione viuerent. De insigni illo principe Cœlo,

lomo scribitur, quod cum habitum Religiosum induisset in monasterio quodam montis Soracte, cum totius mundi admiratione & stupore: vi-  
dens, se ibi offici magno honore, dilectissiter inde occulte, & transferit igno-  
rare ad montem Calinatem ubi petijt habitum, & aliquo tempore vixit cum  
magni & rara humilitate: eruiens in culina, & abieciens alijs officijs, quasi vi-  
llimus, & abiecius omnium. Quando autem Religiosi non possunt  
hec occultare: contendere debent, ut paupertas & humilitas tanquam due  
germanæ lorores ita in unum conueniant, vt cupiant sibi que semper eli-  
gant, quod vilius & abiecius est in ipsa Religione: aut) ut haberur in Decre-  
to) exerceant abiecta & contempta officia, que alii reiciunt; aut, ut S. Tho-  
mas laudet, mendicent ostiatim, ad se magis humiliandos; & eligant sibi  
volum in rebus omnibus locum, quem solet pauper apud diuites obti-  
nere ac denique fugiant quicquid est honorificum, & splendidum in mun-  
dane quid mundana superbia illis adhærescat. Attendat, quod, ut ait S. Ber-  
nardus, certamen & conflictum ingressuro expedit, ferrea lorica etiam val-  
de graui induit; quam bissina aut serica ueste etiam valde preciosa & molli.  
Cumigitur Religiosus continuè cum dæmone & mundo pugnet; optimum  
est, ut paupertatis loricam & Christi Domini humilitatem induat, earum-  
que effectus etiam valde graues exerceat, ut ab hostiis suorum impugna-  
tione, & conflictu facilis se defendat. a Vids, ait Zacharias Prophetæ, Ie-  
sus Sacerdotem magnum indutum uestibus folidis, & satanam stantem a dex-  
tre, ut aduersaretur ei. Quid sibi vult, quod Iesus certamen ingressurus  
cum Satana, induat uestes folidas, que (ut S. Hieronymus & Ambrosius  
dicunt) significant ignominias, humiliaciones, dolores, & ærumnas, quas  
pro noltis peccatis suscepit: sed nobis significant arma, quibus iusti munire  
se debent, congressi cum hostibus suis. nam (ut S. Antonius Abbas dicere  
solitus) Satana tremit conspecta paupertate voluntaria, & vera ac solida  
humilitate: Quamuis enim exterius videantur esse uestes viles, & contem-  
ptare propter similitudinem tamen, quam habent cum uestibus Saluatoris:  
non polunt dæmones contra eisdem indutos præualere.

NULLUS tamen tūtum se existimare debet, quamvis externis pauper-  
tatis & humilitatis exercitijs prædictis mundanam superbiam superarit;  
cum non propterea victa sit superbia spiritualis, que solet eadem exercitia  
comitari. Nam (ut ait S. Gregorius) superbia eius est natura, ut occasione &  
occupatione mutata, qua ipsa fouetur: non propterea ipsa pereat, sed trans-  
ferit quoque ad sequentem occupationem. Nam, qui in mundo vanus erat  
propter uestes splendidas & preciosas: cum Religionem ingreditur, eum  
agreditur vanitas ex vili & contempta ueste. Quare fugiens unam vanitatem,  
facile incidet in alteram, nisi valde sibi attendat. Et, ut S. Augustinus

Remigius in  
Chronic.  
ann. 746.

C Si quis se  
mel de Panis.  
d.2.  
2.2 q.187.  
a.3.

Serm. 4. de  
Natiuitate.

i Zach. 3.1.

Ibi & lib. 2.  
contra far. 5.  
in Psal. 118.  
In eius vita

Lib. 34. n. or.  
c. 8.

*Li. 2 de fer.  
Domin. in  
mon. c. 19.  
Homil. de  
recedere in  
illis. habenda.*

*Serm. 13. m  
Cant.*

*In virtute pat.  
apud S. Bon.  
lib. 1. Phare.  
c. 31.  
b. Luc. 17. 10*

*Thren. 3. 1*

dixit, non solum in vestibus preciosis; sed etiam in vilibus & folidis potest esse iactantia: sed periculosis, quod occultior; sed quod tegatur palla quodam obsequij Dei. Præterea humilitas (vtrit S. Gregorius Nazianzenus) ratiore est ac difficilior in rebus spiritualibus, quam in temporalibus. Quod satis appetet ex modo pugnandi contra superbias eis contrarias. Superbia enim mundana superatur reiectis diuitijs, bonisque temporalibus quibus illa aliatur; aut spretis & pro nihilo habitis, tanquam bonis veritate indignis: quia non faciunt hominem iustum: spiritualis autem superbia non repellitur deserendo aut contemnendo bona spiritualia: quae ponunt procuranda & magni facienda. Quibus tamen retentis nullus debet propterea inanescere, aut aliquid sibi arrogare, & cupere ab alijs estimari propter illa laudari; sed potius se ipsum contemnere, atque illa non bereret. Hoc verò arduum valde (vt dixit S. Bernardus) & ratum est, ut cum revera sis magnus, magnaq; bona præstes: non tamen magnum te reputes & quod Sanctitas tua omnibus sit manifesta, tibi autem soli sit ignorans quod alij te sapientem & sanctum reputent: tu verò te iudices ignorantem & peccatorem. Ac propterea post primum paupertatis gradum possum addidit secundum, quem vocat *vilitatem & abiectionem suipius*. Ita vi quoniam in hominum oculis Magnus habeatur, in suis tamen sit parvus, & quandoque alij ipsum honore afficiant, ac laudent: ipse honore & laude illa insignum se reputet: nec eius vllam rationem ducat; sed (vt quidam S. Abbatissit) habeat se tanquam imaginem aliquam: quæ, eti am si honore afficitur, non extollitur; nec, si contemnatur, ægræ fert, aut tristatur. Demque intelligat (vt S. Isidorus dixit) summam Monachorum virtutem esse humilitatem & virtutum sumnum, superbiam. Quare tunc se monachum repueret, cum minimum minimum se esse existimauerit: etiam si opera faciat prestanteris. Et ita impletum illud Salvatoris: b. Cum feceritis omnia, que præcepimus vobis, dicite: serui miseres sumus: quod debuimus facere fecimus.

§. 2. *Ratió heroicā ad eo humilitatem, & spiritū paupertatem obtinendi*

**V**T QVI S. ad excelsam adeo perfectionem pertingat, & supremam humilitatis, ac paupertatis spiritus culmen obtineat, ex quo tota exercitas statutus Religiosi dependet, necesse est, paupertatem & modestiam propriam cognitione sua altius penetrare. Hæc enim excellētia nostra in eo consistit, vt quis re ipsa sit vere pauper; quam, vt se tales esse agnoscat: ac propterea se ipsum contemnat. Iuxta illud Sancti Bernardi, humilitas sit virtus quædam, quæ homo ex vera scipio cognitione, & abiectione imputat. Et Ieremias in spirituali s. 10 al. habebat ita incipit: vir videns paupertatem meam, non dixit ego vir pauper; sed, qui video &